



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Balena Tinemuthana. Expressa ex Olao magno. Descriptio XCVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

vento velis haereret nauigium, nihilominus, despiciendi causa, quod esset nox, admotis ad marginem luminibus, implexam alueo ingentem belluam vident carinae centum, & quinque dodrantium longitudine applicuerat corpus, cauda gubernaculum illigat; atalis immanibus latera ad summum vsque cingebat, quas iam in altis per imprudentiam nonnulli manus iniecerant. Ad spectaculum adeo retum, ingenti visibili et horrore nautae, militisque perfusi, ut verò Jolij magnitudine vasto hiatu nouissime caput extulit, metu exanimati pene omnes, infernum profecto monstrum diuinitus immisissum credere, ad viuam tot noxiorum corpora gluticada.

Fauci, quibus in tanto dilectissime mens, animusque consisterat, consultandi gratia in unam partem secedunt. Erant, qui contis & iaculis, balistisque depellendum suaderent cetum: alij contra nil magis talitemore vitandum aiebant, ne tanta molis animal vulneribus irritatum concussa ipso, & agitatione violenta nauem euecteret: in summa inopia consilij, cum nihil explicaretur, & maior in singula momenta terror instaret, suppliciter, ne demissile pacem, & veniam Dei, & ecclestium exsolcere, atque ad vota, precesque confugere placitum est. Neque ea irrita fuisse. Sacerdos cum limteo, & stola, & signo crucis, in medium prodijt. Ab eo factis carminibus, & exorcismis delinita bellua (mirum dictu) nulla cuiusquam noxa relicto nauigio, cum e portentosis narium fistulis ingentem refluxisset aquae vim, sese admodum placido lapsu in mare demisit.

B A L E N A.
Tinemuthana.

Expressa ex Olio magno.

Descriptio. XCVI.

Belluam molis ingentis in arenam Tinemuthanam aësus proieci, quam dum ego describo, fabulam te audire putes, rem tamen veram narro.

Balena est longitudinis vlnarum triginta, vel si maioris nonaginta pedum, latera quasi magnitudinis propagacula triginta costarum

ordines obuallant, quarum vnaquaque ad viginti ferme pedes excurret, sesquipedali pariter ambitu collecta. Duas circumquaque pinas arrigit, quindecim pedum, tanta immunitatis, ut vna decem bubus deportanda satis esse possit. Tres illi ventres hiant, imo vasti specus, & voragine, in quibus edendi inexplabilis cupiditas, & aeterna penè famés regnar, cauda bifurcata, & ferrata in latitudinem septem vlnarum diffusa panditur.

Monstrosa omnia, sed nihil capite monstruosius, dices in eo tanquam in arce immanis belluae diritatem confedis. Eius longitudo vsque ad rictum septem vlnarum: eadem mensura linguae fuit: oculorum intervallo quindecim cubitos collegerunt. Oculi soli, & nares tanto corpori valde impares, & quales bubus esse solent, rictus instar inferni barathri, sex vlnarum longitudine, ad elades animantium multiplices, & mundi fanera panditur, maiore aliquanto spatio, maxillae horribiles excurrunt, quae ingentium arborum moles adaequant. Non vnum pisci guttur, sed triginta varijs quasi euniculis, & meatibus cœcila, quorum quinque prægrandia ad voracitatem simul, & terrorem composita. Dentium vicem habent laminae corneae, etiam pilis, quod mireris, obsita, quibus ferale palatum ruget veluti plumbo, ferroque cataphractum: ad summum duae in capite cataractae, quibus immensos aquarum vortices eiecit. Tetra omnino bellua, qua nihil immanius, vnquam, aut visum est, aut creditum: ea cum mortua in litus appulisset magna ex parte discepta, centum ferme ingentia plaustra suis reliquijs impleuit.

Addenda hic Balenarum & Orçarum pugnae ex Plin. l. 9. c. 6.

B A L E N A R V M E T O R C A R V M
pugnae.

Ex Plinij lib. 9. cap. 5.

Descriptio. LXCVII.

Hoc scire Orcas, insectam his belluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia que carnis immisce dentibus

B l b b 3. bus